

instructos: eos haud contemnūt quidē: sed
de iis male existimant.

Quāobrem ut ante dixi: contemnunt iī qui nō
sibi nec alteri profunt: ut dicitur in quibz nllō
labor: nulla industria: nulla cura est.

Nemo enim iustus esse pōt: qui mortē: qui dolorem
qui exiliū: qui egestatem timet: aut quicquid que
iis sunt contraria: equitati antepōnūt.

Ac mea quidē sententia oīs ratio: & institutio
uite adiumenta hominū desiderat.

Inprimisq; ut habeas quibus cū possis familia-
res conferre sermones: quod est difficile nisi
speciem prete boni uiri feras: Ergo etiam so-
litario homini: atq; in agro uitam agentī
opinio iusticie necessaria est: eo q; magis
q; si ea nō habebunt: iniusti habebuntur.

Nullis praesidiis septi multis efficientur iniu-
riis: Atq; his etiam qui uendūt: emunt:
comedunt: Locant contrahendisq; negotiis
implicantur: iusticia ad rem gerendā nccia
est. cuius tanta uis est: ut ne illi quidem
qui maleficio & scelere pascunt: possint
sine ulla particula iusticie uiuere.

Ius enim semper quesitū est equabile.